

d. m. c. donat. tb. 46. Quocirca nullatenus adstrui poterit, quòd Titius cum ullatenus valente seu valida Dispositione decefferit. *daßer er mit einer, in Rechten kraitiger, testamentarischer oder Codicillariſcher Disposition über das Vermögen, geſtorben ſeye;* & conſequenter veriffimum eſt, quòd Fideicommiſſo, quòd Caja ſuos conlariguineos honoravit, adjecta Conditio ſuum indubitatum acceperit implementum. Quòd pertinent, quæ in terminis commentatur Carpzovius, *in Reſp. Elector. lib. 6. R. 7. num. 10. & ſeqq. uſque ad 15. tum.* ubi ita: Cæterum, inquit, quòd Clausula Codicillaris effectum fideicommiſſi operetur, certa concurrere requiſita neceſſe eſt; & inter alia, quintò, ut eo tempore, quo deficit teſtamentum, NB. adſit Hæres ſcriptus, cui præſtari fideicommiſſum poſſit &c. Id quòd etiam plenius firmavit Simon de Prætiſ, *d. interpr. ult. volunt. lib. 2. interpr. 1. dubitat. 1. ſolut. 18. num. 9.* ibi: *Advertendum eſt, quòd, ut dicta Clausula poſſit operari, eò tempore, quò deficit teſtamentum, adeſſe Hæredem ſcriptum, cui poſſit præſtari fideicommiſſum pag. nobis. 178.* Sanè enim nullius momenti eſt tam Fideicommiſſum, quàm Legatum quòd darum eſt ei, qui tempore Codicillorum in rebus humanis non eſt; licet tempore teſtamenti fuerit. Eſſe enim debet, cui detur, habent valdè elegantia Scævola verba, *in l. 14. in fine princ. ff. d. jur. Codicill.* Neque ullum huic ſententiæ obicem ponit, quòd, quando reciprocum inter Conjuges teſtamentum confectum eſt, ſuperſtes teſtamentum illud regulariter pro lubitu revocare poſſit: Hæc ſiquidem facultas non niſi ad proprium ſuperſtitis teſtamentum; ad id verò, quòd defunctus ſuper ſuis conis condidit, (duo enim omninò teſtamenta hîc eſſe, dubitandum non eſt; per doctrinam Carpzov. *pag. 3. C. 7. D. 21. & def. ſeq. per tot.* Maynardi, *Dec. Tholoſ. l. 5. Dec. 97. num. 2.* Finckelthuf. *O. 90. n. 7.* Befoldi, *Conſil. 121. num. 20.*) haudquaquàm pertinet; de quo latè & doctè laudatus Frantz. *c. loc. Peck. d. teſt. conjug. lib. 1. cap. 43. num. 4.* Carpzov. *Mev. pluresque alii, in locis adductis ab excellentiſſ. Dn. D. Bardili, cit. loc.* Illud verò, quòd unus & alter ex Cajæ conſanguineis in ſecundo, quòd Titius ordinavit, teſtamento, ipſi cum aliis teſtes fuerint adhibiti, huic Fideicommiſſo in Cajæ teſtamento, ipſiſ relicto nullatenus obeſſe, vel officere poteſt. Plura ſuper hujusmodi Fideicommiſſo diſſerere, & chartæ, & temporis, quo conſtringimur, anguſtiâ, hâc vice prohibemur.

T A N T U M.

XLI.

DISPUTATIO INAUGURALIS
DETESTIMONIO TESTAMEN-
TARIO LEGATARIIS PERMISSO.

RESPONDENTE

JACOBO CHRISTOPHORO CUVIER, Monsispeligard.

Menſe Maji Anno 1688.

S U M M A R I A.

*Introitus. n. 1. 2.**Legatarius in teſtamento validè teſtimonium perhibet. n. 3. 4. 5.**Incertum eſt, qua atate in Romana Re- publ. primum hoc inductum fuerit. n. 6.*

(8) Y 2

7. 8.